



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 41. Legatio Romana tertia Constantinopolim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

me duo millia Episcoporum, & quingen- Sæculum VI.  
ti, qui datis Epistolis illud Concilium con- A.C. 518.  
firmarunt, numerabantur.

§. XLI.

*Legatio Romana tertia Constanti-  
nopolim.*

Maximæ molis erat Negotium recon-  
ciliationis Ecclesiæ Constantinopo-  
litanæ cum Romana, a qua annis triginta  
quatuor fuerat separata. Ut concor- <sup>to. 4. Conc.</sup>  
diam reduceret, jam antea Justinus Im- <sup>p. 1469.</sup>  
perator Hormisdam Papam certiorem  
reddiderat, se fuisse electum, datis lit-  
teris prima Aug. 518. rogans, ut Pacis  
desiderio, quo Joannes Constantinopoli-  
tanus aliquique Episcopi tenerentur, fave-  
ret, mitteretque Episcopos, viros tantæ  
Rei perficiendæ pares. Joannes Patriar-  
cha in sua Epistola, quæ Cæsaris Episto-  
læ juncta erat, profitebatur, se quatuor  
Concilia Universalia recipere, & S. Leo-  
nis atque Hormisdæ Nomina Diptychis  
fuisse inserta. Justinianus Comes quo-  
que eadem mente ad Papam scripsit, di-  
cens, nullum jam superesse obstaculum  
quam lis de Acacii Nomine. Justinia-  
nus Imperatoris ex Vigilantia Sorore  
Nepos maxima Auctoritate in aula va-  
lebat. Has Epistolas vigesima Dec. e- *Lib. Pont.*  
jusdem anni 518. Gratus Consistorii Co- *in Hormis.*

*p. 1472.*

*p. 1473.*

*Hist. Eccles. Tom. VII.* X mes

**S**eculum VI. mes Romæ reddidit, quibus acceptis  
A. C. 518. Hormisdas Papa Ravennam ad Regem

Theodoricum se contulit, atque Rege id  
suadente (\*) tertiam Legationem Con-

**Sup. n. 22.** stantinopolim misit. Legati fuere Ger-  
manus Episcopus Capuanus (\*\*) jam  
semel antea tempore Anastasi Impera-  
toris illo missus, Joannes alterius Eccle-  
siæ Episcopus, Blandus Presbyter, Felix

**Ep. 32. 33.** & Dioscorus Diaconi. His ferendas  
tradidit multas Epistolas, ad Justinum  
Imperatorem, Euphemiam Imperatricem,  
Joannem Patriarcham Constantinopi-  
tanum, ad ipsius Archidiaconum, & Cle-  
ricos, ad Justinianum Comitem, ad Ce-  
lerum & Patricium Purpuratorum præ-  
cipuos, ad Præfectum Prætorio, qui Thes-  
salonicæ erat, qua Legatis erat trans-  
eundum, & duabus Matronis Illustri-  
mis Anastasiæ & Palmatiæ, tempore A-  
nastasi Imperatoris Fidei Causa Persecu-

**post ep. 31. p. tionem passis.** Mandata quoque habe-  
1476. **Sup. n. 22.** bant Legati, similia illis, quæ Legatis in  
prima Legatione ad Anastasium Impera-  
torem data, sed in iis conscribendis tan-  
ta circumspectione opus non fuerat, cum  
sciret

---

(\*) Theodoricus magis Religione Indifferen-  
tista, ut hodie ajunt, quam sincere Arianus, fuisse  
videtur.

(\*\*) Nempe ille, cuius Animam S. P. Ben-  
dicius in cœlum deferri videt,

sciret Pontifex, aliam jam successisse Re-Sæculum VI.  
rum faciem, & Justinum Imperatorem A. C 519.  
Pacem sincere quærere. In his igitur  
Papa Legatis suis præcipit, ut ad suam  
Communionem reciperent Episcopos,  
qui Formulæ, quam ipsi afferebant, sub-  
scriberent. Hujus Formulæ initium e- p. 1486.  
rat ejusmodi : *Salutis Principium est,*  
*Fidei Regulam servare.* In ea omnes  
Hæretici & Sectatores eorum, atque no-  
minatim Acacius Constantinopolitanus  
anathematizabantur. Legatis manda-  
tum, ut hanc Formulam Imperatori, si  
peteret, exhiberent.

In reliquis Mandatis deinde hæc le-  
gebantur : *Si Imperator in damnando A-*  
*cacio consentiens credat tamen, Nomina*  
*Successorum ejus in Diptychis relinquentia,*  
*quod eorum aliqui pro Defensione Con-*  
*cilii Calcedonensis Exilium tulissent (nem-*  
*pe Euphemius, & Macedonius) dicetis,*  
*non licere vobis quidquam mutare in For-*  
*mula, quæ Damnatorum Sectatores con-*  
*tineret.* Si ab hac postulatione Impera-  
torem dimovere non possitis, saltem buic  
petitioni immoto animo insistite ; ut post-  
quam Acacius nominatim anathematiza-  
tus fuisset, Successorum ejus Nomina si-  
lentio premantur, at e Diptychis delean-  
tur. Si hoc impetraveritis Episcopum  
Constantinopolitanum ad Communionem  
vestram recipietis. Coram populo jube-  
bitis

Sæculum VI. *bitis prælegi libellum, quem ipse, & alii*  
A.C. 519. *quos adjuvante Divina Gratia recipietis,*  
*vobis obtulerint; si id fieri nequeat, il-*  
*lum saltem in Aula secreta præsentibus*  
*Clericis, & Abbatibus legi curabitis. Im-*  
*peratorem deinde rogabitis, ut Epistolas*  
*sueas ad Metropolitanos unacum Epistolis*  
*Episcopi Constantinopolitani mittat, qui-*  
*bis significet, bunc Episcopum, cum Fidei*  
*Formulam a Sacra Sede missam professus*  
*esset, ad Ejusdem Sedis Communionem*  
*fuisse receptum, & hortetur, ut exemplum*  
*sequantur. Si Imperator tergiversetur,*  
*Episcopus Constantinopolitanus mandata*  
*ad Episcopos suæ Provinciæ, aliosque Me-*  
*tropolitas mittet, & docebit, quid ipse fe-*  
*cerit, illis, quos & vos ex parte vestra*  
*mittetis, præsentibus. Id vero ut faciat,*  
*omnino a Constantinopolitano exigatis,*  
*ne etiam remotissimi restitutam Concor-*  
*diam nesciant.*

## §. XLII.

*Legatorum iter.*

*Suggest. 2.*  
*p. 1484.* *E*x Italia solventes Legati Aulonam,  
*quæ hodie Valona dicitur, proximum*  
*ab Occidente venientibus Portum ap-*  
*pulerunt. Episcopus loci Hospites hu-*  
*mane excepit, promisitque, se Libellum,*  
*qualem Legati exigeabant, cum suo Me-*  
*tropolita traditurum. Inde iter terre-*  
*stre prosecuti per Macedoniam Scampim*  
*perire.*